si fuerit revelatum confessori. 3a si sit sollicitatus ad
malum quod albanus super 8m sententiarum. Sed tamen multum timendum
3 quod multi non peccant utique per viam primam sed potius secundum car-
nem per viam luxurie et voluptatis de quibus loquitur apostolus
in 2a petri 2o. Ipsi autem peccant luxuriose per quos via veritatis
blasphematur et sic via vite. Et sic desperant. Istud dicit secundum
carnem multi peccant scilicet divites et pauperes iuvenes et senes et
ita sunt ipsis voluptatibus occupati quod non considerant ad quam
finem ducat sequaces suos quia ducit eos ad mortem eternam
quam considerat apostolus paulus dicens Si spiritu ducimini spiritu et
ambulate. Si vero secundum carnem vixeritis moriemini. Propter quod dicit
albertus in libro de spiritu et anima quod radius solaris licet sit
mollior tamen durissima metalla penetrat. Unde sic 3
delectationibus voluptatibus licet enim in se sit debilis et vilis tamen aliquorum
animas penetrat corpora bonorum et cor confundit. Unde david
sanctissimum Salomonem quo plurimum victi fuerunt. Et hoc
3 est quod dicit beatus augustinus. Nichil est in mundo quod ita pene-
trat animam humanam et ita fortius ad infernum deprimit quam
blandimenta feminea et tactus mulierum et copula. Et ideo dicit
augustinus. Inter omnia christianorum bella duriora sunt bella castitatis
ubi quotidiana pugna sed rara victoria. Et ideo necesse est
nobis mala fugere et turpia et omnes occasiones si
volumus palmam castitatis obtinere quia aliter non possumus de vic-
toria triumphare. Unde iste versus quidam loquitur metrice sic de
luxuria. Tollit opes famam sensum vires quod libido. Tollit
opes patet in filio prodigo. Famam patet. Certe licet ista peccata
non sint maioris culpe 3 tamen maioris infamie. Unde
Rom 3 Reg 10 capitulo. Quod Salomon per mulieres erat infamatus